



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**FRANCISCI|| XAVERII EPISTOLA-||RVM LIBRI|| QVATVOR||**

**Francisco <de Javier>**

**Mogvntiæ, 1600**

**VD16 J 197**

P. Simoni Roderico.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43721**

rarem: nimirum ut Symboli capita , ac præcepta Decalogi explanent, confitendi, communicandique præscribant modum . Tu velim de tuis rationibus , de animorum frumento, istic per socios percepto de spe Euangelij, & istic locis, & in Macazaria, reliquisque insulis adiacentibus disseminandi crebrius ad me perscribas , vt rebus omnibus cognitis, statuam de unoquoque vestrum. Nam si magnam atque vberem messem esse intellexero, plures istuc operas submittam, sin minus pro vsu , quem istius regionis habeo, quemque Iaponiae habiturus sum , vos accersam aliò , vbi utilius , à vobis opera poni posse videatur. Proinde expeditos ac paratos vos esse volo si in clamoro , vt accuratis, Deo bene iuuante, qui nos in sua patria iungat & colligat. Nam in hac quidem vita ita distracti, dissipati que peregrinamur, vt ec quando inter nos reuisuri simus, equidem nesciam. Vale. XII. Kalendas Iulias. Malacæ.

*P. Simoni Roderico in Lusitaniam.*

*Epist. III.*

**Q**UÆSO te atq; obsecro per viscera IESVS CHRISTI , vt huc submittas quamplurimos è Societate: omnes autem siue cōcionatores, siue alios spectata virtute viros. Peccandi enim illecebræ hisce locis se offerunt

runt plurimæ. Itaq; vt literarum scientia nō excellant, oro te etiam atq; etiam, vt excellant vtique virtute: quoniam his quidem locis virtus magis, quam doctrina spectatur: quanquam probitas literis ornata scilicet palmam ferat. Etenim Indiæ arces, ac præsidia Lusitanorum viros doctos ferme requirunt. Nos autem Regi Lusitaniz patrono optimo, & Lusitanis qui in India versantur, plurimum pro summa illorum erga nos benevolentia, ac liberalitate debemus. Quibus quidem aut nulla ratione, aut hac vna gratiæ pro tantis eorum meritis referre possumus, vt quoniam multis magnisq; negotiis sunt implicati; eorum animos atq; conscientias expediamus, vt explicatam habeant & exploratam rationem salutis suę. Christus Dominus noster pro sua benignitate ac misericordia, multos, eosq; bonos operarios conduceat in vineam suam, nosq; vbi cunq; ei vi- sum erit, si minus in terris, in coelo quidem certe coniungat. Amen. X. Kalendas Iulias. Molacæ.

*Societati Romam. Epist. IV.*

**S**CRIPSI ad vos Ianiuario mense anni suæ prioris, quā vberes animarū fructus ex his locis percipiātur, quantumq; vel in Lusitanorū, vel in Ethnicorū oppidis propagetur Christiana religio, idēq; cæteros socios, qui